

ris, castiges rebelles, superbos excidas, sub
lectis ignoscas, adsis precibus tuam opem im
plorantibus. Tum reges occurrant priuati,
abiectisque regalibus ornamentis aduoluti
tuis genibus sese ac regna tibi dedant, vitā
que vna cum dignitate arbitrio tuo summit
tant: quorum alios tua liberalitas pristinae
fortuna restituat: aliorum perfidia clemen
tiam a te non impetret: insuper hos distes, il
lis honores & praefecturas largiaris in sum
ma quaelibuerit, extollas & praecipites: Quos
fauores hominum senties: quot audies accla
mationes: quae vota publice priuatimque pro
tua salute suscipientur? dyL. nempe multi
risum in conspectu Sardonium ridebunt:
multi etiam clanculū subannantes genui
num insigēt. CÆS. Quicquid dixeris (qua
lecumque autem illud tuerit) subductis super
cilijs admirabundi laudabunt: passim praedi
cabere diuina loqui, tonare etiam & fulgura
re: ac vice oraculi sermo tuus per ora popu
li circumlatus habebitur. Quum semel toto
trienio te vniuersae ciuitati ostensurus pla
teas obequitabis, quamuis more perfarum
velata facie, tamen vulgum quasi aliquid au
gustius humana specie visurum, dum cre
dit numen quodpiam sub hominis forma